

INDEX DECRETORUM ANNI MMXXV

7 ianuarii, Prot. N. 622/24, CAMBERIENSIS – MAURIANENSIS ET TARANTASIENSIS: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *gallicam*, necnon textum *gallicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum, in honorem futuri beati Camilli Costa de Beauregard, presbyteri, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

8 ianuarii, Prot. N. 724/22, ARGENTINÆ: textum translationis alterius in linguam *hispanicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Penitentiae*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

8 ianuarii, Prot. N. 380/23, HISPANIÆ: textum translationis in linguam *vasconicam* Collectionis Missarum et Lectionarii de beata Maria Virgine perlibenter confirmamus.

9 ianuarii, Prot. N. 700/24, ANTIPOLENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis de Annuntiatione, quod in loco v.d. *Old Boso-Boso*, in urbe Antipolensi, pie colitur, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

10 ianuarii, Prot. N. 12/25, CORDUBENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis v.d. *de Luna*, quod in sanctuario eiusdem nominis pie colitur, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

13 ianuarii, Prot. N. 401/22, HISPANIÆ: textum translationis in linguam *vasconicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curæ*, perlibenter confirmamus.

14 ianuarii, Prot. N. 400/22, HISPANIÆ: textum translationis in linguam *vasconicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Confirmationis*, perlibenter confirmamus.

14 ianuarii, Prot. N. 585/24, CONGREGATIONIS SORORUM A PRÆSENTATIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS: Calendarium proprium eiusdem Congregationis perlibenter recognitum declaramus.

15 ianuarii, Prot. N. 398/22, HISPANIÆ: textum translationis in linguam *vasconicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Baptismi parvulorum*, perlibenter confirmamus.

16 ianuarii, Prot. N. 640/24, LITUANIÆ: textum translationis in linguam *lituanam* Lectionarii Missalis Romani pro feriis temporum Adventus, Nativitatis, Quadragesimæ et Paschalis, perlibenter confirmamus.

16 ianuarii, Prot. N. 683/24, CALISSIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali, quæ ad Ordinariatum Militarem Poloniæ pertinet, Deo in honorem sancti Adalberti et sancti Stanislai dicata, in urbe Calissiensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

16 ianuarii, Prot. N. 10/25, SIEDLECENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Stanislai, episcopi et martyris, dicata, in urbe Siedlecensi, perlibenter concedimus.

16 ianuarii, Prot. N. 15/25, TAIPEHENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis v.d. *de NanSongShan* dicata, in urbe Taipehensi, perlibenter concedimus.

17 ianuarii, Prot. N. 574/24, CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM PRETIOSISSIMI SANGUINIS: perlibenter concedimus ut celebratio beati Ioannis Merlini, presbyteri, in Calendarium proprium

Congregationis Missionariorum Pretiosissimi Sanguinis inseri valeat, die 12 mensis ianuarii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

21 ianuarii, Prot. N. 643/24, MEXICI: textum translationis alterius in linguam *hispanicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Exsequiarum*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

24 ianuarii, Prot. N. 176/23, DE FAIRBANKS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Deo in honorem Conceptionis Immaculatæ beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido de Fairbanks, perlibenter concedimus.

24 ianuarii, Prot. N. 29/25, CONGREGATIONIS SORORUM MISSIONARIARUM SCALABRINIANARUM A SANCTO CAROLO BORROMEO: Calendarium proprium eiusdem Congregationis perlibenter recognitum declaramus.

25 ianuarii, Prot. N. 428/24, LORENENSIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Cruzeiro*, Deo in honorem Conceptionis Immaculatæ beatæ Mariæ Virginis dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

25 ianuarii, Prot. N. 14/25, SANCTI PAULI IN INSULIS PHILIPPINIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Majayjay*, Deo in honorem sancti Gregorii Magni dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

28 ianuarii, Prot. N. 300/24, SIPONTINÆ – VESTANÆ – SANCTI IOANNIS ROTUNDI: Calendarium proprium eiusdem Archidiœcesis necnon textum Proprii Missarum lingua *italica* exaratum perlibenter recognitos declaramus.

2 februarii, Prot. N. 497/19, COLUMBIÆ: textum translationis alterius in linguam *hispanicam* Missalis Romani, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus, una cum formula sacramentali ab ipso Summo Pontifice approbata.

2 februarii, Prot. N. 331/24, ITALIÆ: textum translationis alterius in linguam *italicam* partis Pontificalis Romani cui titulus est *De Institutione Catechistarum, ad experimentum ad triennium* perlibenter confirmamus.

11 februarii, Prot. N. 331/24, SANCTI MARCI ARGENTANENSIS – SCALENSIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Diamante*, Deo in honorem Conceptionis Immaculatæ beatæ Mariæ Virginis dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

14 februarii, Prot. N. 495/24, MINDONIENSIS – FERROLENSIS: Calendarium particulare eiusdem diœcesis perlibenter recognitum declaramus.

15 februarii, Prot. N. 94/25, OVETENSIS: Calendarium particulare eiusdem Archidiœcesis perlibenter recognitum declaramus.

17 februarii, Prot. N. 490/24, CONGREGATIONIS SORORUM AUXILIATRICUM PARœCIALIUM A CHRISTO SACERDOTE: Sanctus Ioannes, apostolus et evangelista, Patronus apud Deum Congregationis Sororum Auxiliatricum Parœcialium a Christo Sacerdote confirmatur.

17 februarii, Prot. N. 644/24, MEXICI: textum translationis in linguam *hispanicam* Evangeliiarii pro dominicis et festis, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

17 februarii, Prot. N. 62/25, PANEVĖŽENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosa imago beatæ Mariæ Virginis, una cum effigie Domini Nostri Iesu Christi Infantis, quæ sub titulo *Matris spei* in oppido v.d. *Krekenava* pie colitur, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

18 februarii, Prot. N. 77/25, CAMPITEMPLENSIS: textum Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum eiusdem diœcesis lingua *germanica* exaratum perlibenter recognitum declaramus.

19 februarii, Prot. N. 110/25, CONGREGATIONIS SORORUM v.d. «Misioneras de la Caridad de María Inmaculada - MCMI»: Sancta Teresia a Iesu Infante, virgo et Ecclesiæ doctor, Patrona apud Deum Congregationis Sororum v.d. «Misioneras de la Caridad de María Inmaculada - MCMI» confirmatur.

19 februarii, Prot. N. 691/24, CONGREGATIONIS SORORUM v.d. «MISIONERAS DE LA CARIDAD DE MARÍA INMACULADA – MCMI»: Calendarium particulare eiusdem Congregationis perlibenter recognitum declaramus.

21 februarii, Prot. N. 114/25, ELBINGENSIS: concedimus *in aliud quinquennium* ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

22 februarii, Prot. N. 479/23, ARBORENSIS: Calendarium particulare eiusdem Archidiœcesis necnon textum Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum lingua *italica* exaratum perlibenter recognitos declaramus.

22 februarii, Prot. N. 480/23, UXELLENSIS – TERRALBENSIS: Calendarium particulare eiusdem diœcesis necnon textum Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum lingua *italica* exaratum perlibenter recognitos declaramus.

22 februarii, Prot. N. 8/24, PARANAQUENSIS: ecclesia parœcialis necnon sanctuarium nationale beatæ Mariæ Virginis Auxilii Christianorum, in urbe Paranaquensi, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

22 februarii, Prot. N. 536/24, CONGREGATIONIS FILIARUM A SACRIS CORDIBUS IESU ET MARIE v.d. «ISTITUTO RAVASCO»: textum translationis in linguam *italicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Professionis Religiosæ*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

22 februarii, Prot. N. 92/25, MANILENSIS: ecclesia parœcialis Deo in honorem Sanctæ Crucis dicata, ex antiqua consuetudine nuncupata etiam nomine beatæ Mariæ Virginis v.d. *of the Pillar*, ubi pariter sanctuarium archidiœcesanum in honorem Sanctissimi Sacramenti constitutum est, in urbe Manilensi, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

22 februarii, Prot. N. 103/25, ANGLIÆ ET CAMBRIÆ: impressionem textuum Evangeliorum de Passione Domini pro Hebdomada Sancta ex Lectionario Missalis Romani lingua *anglica* excerptorum perlibenter confirmamus.

22 februarii, Prot. N. 104/25, SCOTIÆ: impressionem textuum Evangeliorum de Passione Domini pro Hebdomada Sancta ex Lectionario Missalis Romani lingua *anglica* excerptorum perlibenter confirmamus.

22 februarii, Prot. N. 105/25, VIETNAMÆ: concedimus, in modum exceptionis, ut quisque Ordinarius Vietnamæ, quoties id pro bono fidelium necessarium videbitur, plures celebrationes Passionis Domini et Vigiliæ Paschalis in eadem ecclesia vel eodem sacello permittere valeat.

22 februarii, Prot. N. 128/25, ORDINIS FRATRUM MINORUM – PROVINCIÆ SANCTI BONAVENTURÆ IN ITALIA: Calendarium particulare eiusdem Provinciæ perlibenter recognitum declaramus.

25 februarii, Prot. N. 34/25, TOLETANÆ: perlibenter concedimus ut celebratio beatæ Ioannæ a Cruce Vázquez Gutiérrez, abbatissæ, in Calendarium particulare eiusdem Archidiœcesis inseri valeat, die 5 mensis maii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda. Insuper, textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum atque eius translationem in linguam *hispanicam*, necnon textum *hispanicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem Beatæ, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

25 februarii, Prot. N. 35/25, XETAFENSIS: perlibenter concedimus ut celebratio beatæ Ioannæ a Cruce Vázquez Gutiérrez, abbatissæ, in Calendarium particulare eiusdem Archidiœcesis inseri valeat, die 5 mensis maii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda. Insuper, textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum atque eius translationem in linguam *hispanicam*, necnon textum *hispanicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem Beatæ, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

27 februarii, Prot. N. 138/24, INDIÆ: textum translationis in linguam *anglicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Professionis Religiosæ* perlibenter confirmamus.

28 februarii, Prot. N. 482/23, RAGUSIENSIS: Calendarium particulare eiusdem diœcesis perlibenter recognitum declaramus.

28 februarii, Prot. N. 132/25, PRISRENSIS – PRISCENSIS: perlibenter concedimus ut ecclesia noviter ædificata in oppido v.d. *Janosh*, in eadem diœcesi, Deo dicari valeat in honorem beati Aloisii Paliq, presbyteri et martyris.

28 februarii, Prot. N. 142/25, GADICENSIS ET SEPTENSIS: Calendarium particulare eiusdem diœcesis perlibenter recognitum declaramus.

3 martii, Prot. N. 36/25, ORDINIS FRATRUM DISCALCEATORUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO: perlibenter concedimus ut, in Calendario particulari eiusdem Ordinis, *memoria ad libitum* sanctarum Teresiæ a Sancto Augustino et sociarum, virginum et martyrum, die 17 iulii, posthac ad gradum *memoriæ* augeatur.

3 martii, Prot. N. 144/25, IMUSENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosa imago beatæ Mariæ Virginis a Rosario, una cum effigie Domini Nostri Iesu Christi Infantis, quæ in ecclesia parœciali necnon sanctuario diœcesano eundem titulum ferente pie colitur, in urbe Rosario, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

3 martii, Prot. N. 145/25, CAMDENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, una cum effigie Domini Nostri Iesu Christi Infantis, quod in ecclesia sancti Ioseph pie colitur, pertinente ad parœciam Deo dicatam in honorem eiusdem beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, in oppido v.d. *Hammonton*, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

7 martii, Prot. N. 155/25, CONGREGATIONIS SORORUM V.D. «HERMANITAS DE LA ANUNCIACIÓN – H.A.»: textum Liturgiæ horarum lingua *hispanica* exaratum pro celebratione iam inscripta in Calendario eiusdem Congregationis die 24 mensis iulii gradu *festi* in honorem beatæ Mariæ Berenices Duque Hencker, virginis et fundatricis, prout in adiecto exstat exemplari, perlibenter recognitum declaramus.

10 martii, Prot. N. 113/25, SACRAMENTENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in urbe v.d. *Vacaville*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

10 martii, Prot. N. 131/25, SEATTLENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in urbe v.d. *Tacoma*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

10 martii, Prot. N. 163/25, GLASGUENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Birgittæ dicata, in urbe Glasguensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

17 martii, Prot. N. 650/24, POSNANIENSIS: textum orationis collectæ in honorem futuri beati Stanislai Streich, presbyteri et martyris, lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam* et *polonicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

19 martii, Prot. N. 426/20, ORDINIS FRATRUM DISCALCEATORUM BEATÆ MARÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO: textum translationis in linguam *anglicam*, *gallicam* et *italicam* orationis collectæ, necnon textum lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *anglicam*, *gallicam*, *hispanicam* et *italicam* in honorem beatæ Mariæ Felicitatis a Iesu Sacramentato Guggiari Echeverría, virginis, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

25 martii, Prot. N. 668/23, LETTONIÆ: textum translationis in linguam *lettgalicam* Missalis Romani, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus, una cum formula sacramentali ab ipso Summo Pontifice approbata.

25 martii, Prot. N. 188/25, UXENTINÆ – SANCTÆ MARÆ LEUCADENSIS: perlibenter concedimus ut celebratio beatæ Elisabeth Martinez, virginis, in Calendarium particulare eiusdem diœcesis inseri valeat, die 8 mensis februarii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda. Insuper, textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum atque eius translationem in linguam *italicam*, necnon textum *italicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem Beatæ, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

25 martii, Prot. N. 204/25, MEXICI: textum translationis in linguam *hispanicam* variationum et additionum in Libris liturgicis de *memoria ad libitum* beatæ Mariæ Virginis de Loreto perlibenter confirmamus.

27 martii, Prot. N. 52/25, NEDERLANDIÆ: Calendarium particulare Nederlandiæ perlibenter recognitum declaramus.

31 martii, Prot. N. 33/25, MEXICI: textum translationis in linguam *ucrainam* Missæ in honorem beatæ Mariæ Virginis a La Salette perlibenter confirmamus.

1 aprilis, Prot. N. 344/24, FARGENSIS: concedimus ut Ordinarius loci celebrationem trium Missarum diebus ferialibus permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

1 aprilis, Prot. N. 206/25, GRAECENSIS – SECCOVIENSIS: perlibenter concedimus ut celebratio beati Maximiliani Iosephi Metzger, presbyteri et martyris, in Calendarium particulare eiusdem diœcesis inseri valeat, die 17 mensis aprilis gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

1 aprilis, Prot. N. 223/25, CANADIÆ: perlibenter concedimus ut *sollemnitatis* Dedicationis ecclesiæ pro ecclesiis quarum dies Dedicationis ignoratur a die 22 mensis octobris ad diem 25 mensis octobris in Calendario particulare eiusdem Conferentiæ transferri valeat.

3 aprilis, Prot. N. 187/25, CHINGLEPUTENSIS: sanctuarium nationale in urbe v.d. *Chennai*, Deo dicatum in honorem sancti Thomæ, apostoli, quod anglice *St. Thomas Mount* appellatur, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

4 aprilis, Prot. N. 76/25, VESZPRIMIENSIS: textum orationis collectæ et lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam* et *hungaricam*, in honorem futuræ beatæ Mariæ Magdalenæ Bódi, virginis et martyris, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

4 aprilis, Prot. N. 165/25, BURGENSIS: Calendarium particulare eiusdem Archidiœcesis perlibenter recognitum declaramus.

4 aprilis, Prot. N. 231/25, CORDUBENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, una cum effigie Domini Nostri Iesu Christi Infantis, quod in ecclesia parœciali eiusdem tituli pie colitur, in oppido v.d. *Montoro*, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

8 aprilis, Prot. N. 647/21, CIVITATIS IEFFERSONIENSIS: conceditur ut ecclesia parœcialis Deo dicata in honorem sancti Thomæ More, martyris, apud Universitatem Missouriensem, in urbe Columbia, etiam absque necessitate novæ dedicationis peragendæ, in posterum appelletur sub titulo: *Sancti Ioannis Henrici Newman, prebyteri*.

8 aprilis, Prot. N. 208/25, HUNGARIÆ: textum translationis in linguam *hungaricam* Bibliorum Sacrorum Novi Testamenti pro usu liturgico perlibenter confirmamus.

8 aprilis, Prot. N. 230/25, VLADISLAVIENSIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Uniejów*, Deo in honorem Assumptionis beatæ Mariæ Virginis dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

11 aprilis, Prot. N. 134/25, POLONIÆ: perlibenter concedimus ut, venturo anno 2026, celebratio *sollemnitatis* Beatæ Mariæ Virginis, Reginæ Poloniæ, quia cum Dominica V Paschæ congruet, a die 3 mensis maii ad diem 2 mensis maii transferri valeat.

13 aprilis, Prot. N. 41/25, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *anglicam* Bibliorum Sacrorum Veteris et Novi Testamenti pro usu liturgico perlibenter confirmamus.

14 aprilis, Prot. N. 148/25, SOCIETATIS IESU: textum orationis collectæ in honorem futuri beati Eduardi Profittlich, episcopi et martyris, lingua *latina* exaratum, et eius translationem in linguam *anglicam*, *estoniensem*, *germanicam* et *hispanicam*, necnon textum *hispanicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum atque eius translationem in linguam *anglicam*, *estoniensem* et *germanicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

14 aprilis, Prot. N. 252/25, CONGREGATIONIS SORORUM CANONISSARUM SPIRITUS SANCTI DE SAXIA: textum lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam* et *polonicam*, in honorem beati Guidonis de Montpellier, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

12 maii, Prot. N. 280/25, PORTALEGRENSIS – CASTRI ALBI: concedimus ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

13 maii, Prot. N. 93/25, ANTIPOLENSIS: ecclesia parœcialis necnon sanctuarium diœcesanum sancti Pauli a Cruce, in urbe v.d. *Marikina*, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

14 maii, Prot. N. 24/24, CORDUBENSIS: textum editionis alterius Proprii Missarum et Liturgiæ Horarum eiusdem diœcesis lingua *hispanica* exaratum perlibenter recognitum declaramus.

14 maii, Prot. N. 227/24, NEDERLANDIÆ: textum translationis in linguam *nederlandicam* Lectionarii Missalis Romani pro Anno A atque festis et sollemnitatibus quæ in diem Dominicam incidere possunt, ad usum diœcesium Nederlandiæ, iuxta Ordinem Lectionum Missæ, editionem typicam alteram, necnon textum *nederlandicum* Lectionarii Missalis Romani iuxta Calendarium particulare Nederlandiæ perlibenter confirmamus.

14 maii, Prot. N. 61/25, SANCTI SEBASTIANI FLUMINIS IANUARI: ecclesia parœcialis in loco v.d. *Tijuca*, in urbe Flumine Ianuarii, Deo in honorem sancti Francisci Xavier dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

14 maii, Prot. N. 245/25, INSTITUTI MISSIONUM A CONSOLATA: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, necnon textum Missæ et Liturgiæ Horarum lingua *italica* exaratum in honorem sancti Iosephi Allamano, presbyteri et fundatoris, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

14 maii, Prot. N. 268/25, HUNGARIÆ: textum translationis in linguam *hungaricam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria ad libitum* sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, perlibenter confirmamus.

19 maii, Prot. N. 286/25, COREÆ: textum translationis in linguam *coreanam* variationum et additionum in Libris liturgicis de *memoria ad libitum* sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, perlibenter confirmamus.

27 maii, Prot. N. 476/24, ALEXANDRINÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Franciscæ Cabrini dicata, in oppido v.d. *Alexandria*, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis Matris Dolorosæ dicata, in oppido v.d. *Plauchville*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Eduardi confessoris dicata, in oppido v.d. *Tallulah*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

27 maii, Prot. N. 98/25, GAYLORDENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Rosarii dicata, in oppido v.d. *Cedar*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

27 maii, Prot. N. 99/25, BROVNSVILLENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Iudæ dicata, in oppido v.d. *Pharr*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

27 maii, Prot. N. 100/25, PHILADELPHIENSIS LATINORUM: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis a Consolatione dicata, et in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis de Lourdes dicata, quæ sunt in urbe Philadelphiensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

28 maii, Prot. N. 112/25, ANGELIANÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Margaritæ Scotiæ dicata, in oppido Angeliano, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

30 maii, Prot. N. 141/25, LINCOLNENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Venceslai dicata, in oppido v.d. *Wahoo*, perlibenter concedimus.

31 maii, Prot. N. 653/22, PISAURENSIS: Calendarium particulare eiusdem Archidiœcesis perlibenter recognitum declaramus.

31 maii, Prot. N. 288/24, PANAMENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis v.d. *La Antigua*, una cum effigie Domini Nostri Iesu Christi Infantis, quod in ecclesia cathedrali Panamensi pie colitur, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

31 maii, Prot. N. 383/24, ORIZABENSIS: Sanctus Michael, archangelus, Patronus apud Deum diœcesis Orizabensis confirmatur.

3 iunii, Prot. N. 172/25, NASHVILLENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis Assumptæ dicata, in urbe Nashvillensi, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Marthæ dicata, in oppido v.d. *Ashland City*, perlibenter concedimus.

4 iunii, Prot. N. 352/25, MEXICI: textum translationis in linguam *hispanicam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria ad libitum* sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, perlibenter confirmamus.

9 iunii, Prot. N. 677/24, VENETIARUM: Sanctus Marcus, evangelista, Patronus apud Deum Venetæ Regionis confirmatur.

9 iunii, Prot. N. 56/25, MARIANENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis Nazarethanae, una cum effigie Domini Nostri Iesu Christi Infantis, quod in ecclesia parœciali eiusdem tituli pie colitur, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

10 iunii, Prot. N. 203/25, COLUMBIÆ: textum translationis in linguam *hispanicam* orationis collectæ in honorem sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, perlibenter confirmamus.

11 iunii, Prot. N. 467/19, VIETNAMLÆ: textum translationis in linguam *vietnamiensem* Missalis Romani perlibenter confirmamus.

12 iunii, Prot. N. 364/25, ARGNTINÆ: textum translationis in linguam *hispanicam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria ad libitum* sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, perlibenter confirmamus.

15 iunii, Prot. N. 91/25, PLÆ SOCIETATIS S. FRANCISCI XAVERII PRO EXTERIS MISSIONIBUS: Calendarium particulare, necnon textum Proprii Missarum et Proprii Liturgiæ Horarum, lingua *italica* exaratum, perlibenter recognitum declaramus.

24 iunii, Prot. N. 68/25, SUPREMI MILITARIS ORDINIS HOSPITALARII SANCTI IOANNIS HIEROSOLYMITANI RHODIENSIS ET MELITENSIS: Calendarium particulare eiusdem Supremi Militaris Ordinis perlibenter recognitum declaramus.

24 iunii, Prot. N. 138/25, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *anglicam* et in linguam *hispanicam* variationum et additionum in Libris liturgicis de *memoria ad libitum* sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, Liturgia Horarum autem et Martyrologio Romano exceptis, perlibenter confirmamus.

24 iunii, Prot. N. 292/25, GOMAENSIS: perlibenter concedimus ut celebratio beati Floriberti Bwana Chui bin Kositi in Calendarium particulare eiusdem diœcesis inseri valeat, die 8 mensis iulii gradu *memoria ad libitum* quotannis peragenda.

27 iunii, Prot. N. 254/24, VIANENSIS CASTELLI: sanctuarium diœcesanum in oppido Vianensi Castelli, Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicatum, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

28 iunii, Prot. N. 18/25, ARABIÆ SEPTENTRIONALIS: ecclesia parœcialis in urbe v.d. *Abmadi*, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis sub titulo «Dominæ Nostræ de Arabia» dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

28 iunii, Prot. N. 80/25, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *anglicam* partis Pontificalis Romani cui titulus est *Ordo Coronandi Imaginem Beatæ Mariæ Virginis* perlibenter confirmamus.

29 iunii, Prot. N. 190/24, PAPALIS BASILICÆ VATICANÆ: Calendarium particulare eiusdem Papalis Basilicæ perlibenter recognitum declaramus.

4 iulii, Prot. N. 15/24, HUNGARIÆ: textum translationis in linguam *hungaricam* Evangelii perlibenter confirmamus.

8 iulii, Prot. N. 260/25, HISPALENSIS: Beata Maria Virgo Perdolens Patrona apud Deum oppidi v.d. *Tomares* confirmatur.

8 iulii, Prot. N. 371/25, LITUANIÆ: textum translationis in linguam *lituanam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria ad libitum* sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, perlibenter confirmamus.

11 iulii, Prot. N. 313/24, ECCLESIENSIS: Calendarium particulare eiusdem diœcesis perlibenter recognitum declaramus.

14 iulii, Prot. N. 157/25, CONGREGATIONIS SORORUM A SANCTA CATHARINA V. M.: textum *anglicum*, *gallicum*, *germanicum*, *lituanum* et *lusitanum* orationis collectæ in honorem Beatarum Christophoræ Klomfass et sociarum, virginum et martyrum, perlibenter confirmamus.

16 iulii, Prot. N. 726/23, ORDINIS FRATRUM DISCALCEATORUM BEATÆ MARIE VIRGINIS DE MONTE CARMELO: textum editionis alterius Proprii Missarum eiusdem Ordinis lingua *latina* exaratum perlibenter recognitum declaramus.

16 iulii, Prot. N. 113/24, ORDINIS FRATRUM BEATÆ MARIE VIRGINIS DE MONTE CARMELO: textum orationis collectæ et lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem beatorum Angeli Mariæ Prat Hostench, Lucæ a S. Iosepho Tristany Pujol, presbyterorum, et sociorum, martyrum, lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *anglicam*, *gallicam*, *hispanicam* et *italicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

16 iulii, Prot. N. 113/24 bis, ORDINIS FRATRUM DISCALCEATORUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO: textum orationis collectæ et lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem beatorum Angeli Mariæ Prat Hostench, Lucæ a S. Iosepho Tristany Pujol, presbyterorum, et sociorum, martyrum, lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *anglicam, gallicam, hispanicam et italicam*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

16 iulii, Prot. N. 505/24, ORURENSIS: sanctuarium diœcesanum in urbe Orurensi, Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis v.d. *del Socavón* dicatum, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

16 iulii, Prot. N. 215/25, INDIAE: Sanctus Lazarus Devasahayam Patronus apud Deum laicorum Indiæ confirmatur.

22 iulii, Prot. N. 220/25, PLACENTINÆ IN HISPANIA: Beata Maria Virgo, vulgo *del Puerto* nuncupata Patrona principalis apud Deum, et sanctus Fulgentius, episcopus, Patronus secundarius apud Deum oppidi Placentini in Hispania confirmatur.

25 iulii, Prot. N. 187/23, PLACENTINÆ IN HISPANIA: Calendarium particulare eiusdem diœcesis perlibenter recognitum declaramus.

31 iulii, Prot. N. 158/25, CONGREGATIONIS SORORUM A SANCTA CATHARINA V. M.: textum translationis in linguam *italicam* et *polonicam* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem beatarum Christophoræ Klomfass et sociarum, virginum et martyrum, perlibenter confirmamus.

31 iulii, Prot. N. 402/22, HISPANIÆ: textum translationis in linguam *vasconicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Penitentiae*, perlibenter confirmamus, una cum formula sacramentali ab ipso Summo Pontifice approbata.

31 iulii, Prot. N. 407/25, POLONIÆ: textum translationis in linguam *polonicam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoriis ad libitum* sancti Gregorii Narencensis, abbatis et Ecclesiæ doctoris; sancti Ioannis De Avila, presbyteri et Ecclesiæ doctoris, et sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, perlibenter confirmamus.

31 iulii, Prot. N. 469/25, LETTONIÆ: textum translationis in linguam *lettgalicam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *Missa pro custodia creationis* perlibenter confirmamus.

6 augusti, Prot. N. 513/18, CONGREGATIONIS EREMITARUM CAMALDULENSIUM MONTIS CORONÆ: Calendarium particulare eiusdem Congregationis perlibenter recognitum declaramus.

6 augusti, Prot. N. 487/21, BONONIENSIS: perlibenter concedimus ut celebratio beati Ioannis Fornasini, presbyteri et martyris, in Calendarium particulare eiusdem Archidiœcesis inseri valeat, die 13 mensis octobris gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda. Insuper Textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *italicam*, necnon textum *italicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem beati, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

6 augusti, Prot. N. 523/24, SCANDIÆ: textum translationis in linguam *finnicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Unctionis Infirmorum eorumque pastoralis curæ* perlibenter confirmamus, una cum formula sacramentali ab ipso Summo Pontifice approbata.

7 augusti, Prot. N. 7/24, BOHEMIÆ ET MORAVIÆ: textum translationis in linguam *bohemicam* partis Pontificalis Romani cui titulus est *De Institutione Catechistarum*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

2 septembris, Prot. N. 496/25, CRACOVENSIS: perlibenter concedimus ut celebratio beati Michaelis Rapacz, presbyteri et martyris, in Calendarium particulare eiusdem Archidiœcesis inseri valeat, die 12 mensis maii gradu memoriæ *ad libitum* quotannis peragenda, gradu tamen *memoriæ* in loco ubi corpus Beati asservatur.

3 septembris, Prot. N. 355/25, THEATINÆ-VASTENSIS: Calendarium particulare eiusdem Archidiœcesis perlibenter recognitum declaramus.

3 septembris, Prot. N. 473/25, SCANDIÆ: textum translationis in linguam *danicam, fennicam, islandicam, norvegicam, sueticam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria ad libitum* sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, perlibenter confirmamus.

3 septembris, Prot. N. 495/25, ŁOMŻENSIS: Sanctus Laurentius, diaconus et martyr, Patronus apud Deum oppidi v.d. *Łomża* confirmatur.

3 septembris, Prot. N. 499/25, HUNGARIÆ: textum translationis in linguam *hungaricam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *Missa pro custodia creationis* perlibenter confirmamus.

8 septembris, Prot. N. 288/25, DESMOINENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Augustini dicata, in urbe Desmoinensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

8 septembris, Prot. N. 356/25, DENVERIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioannis XXIII, papæ, dicata, in civitate v.d. *Fort Collins*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sacratissimi cordis Mariæ dicata, in civitate v.d. *Boulder*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Scholasticæ, virginis, dicata, in oppido v.d. *Erie*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

8 septembris, Prot. N. 394/25, TOLETANÆ: Sanctus Antonius de Padova, presbyter et Ecclesiæ doctor, Patronus apud Deum oppidi v.d. *Cedillo del Condado* confirmatur.

8 septembris, Prot. N. 395/25, SANCTI PETRI IN FLORIDA: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Iustini, martyris, dicata, in oppido v.d. *Seminole*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Antonii, abbatis, dicata, in oppido v.d. *Brooksville*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

8 septembris, Prot. N. 396/25, SAGINAVENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Familiæ dicata, in oppido Saginavensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

8 septembris, Prot. N. 398/25, BERGOMENSIS: Calendarium particulare eiusdem diœcesis perlibenter recognitum declaramus.

8 septembris, Prot. N. 444/25, HARRISBURGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioseph dicata, in oppido v.d. *Lancaster*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

8 septembris, Prot. N. 446/25, DAVENPORTENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Patricii dicata, in oppido v.d. *Iowa City*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*. Item, novam licentiam celebrandi secundum idem Missale Romanum in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Alfonsi dicata, in urbe Davenportensi, *ad biennium* concedimus.

8 septembris, Prot. N. 487/25, AUGUSTANÆ VINDELICORUM: perlibenter concedimus ut celebratio beati Maximiliani Iosephi Metzger, presbyteri et martyris, in Calendarium particulare eiusdem diœcesis inseri valeat, die 17 mensis aprilis gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

9 septembris, Prot. N. 419/25, MILVAUKIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo dicata, in oppido v.d. *Kenosha*; in ecclesia parœciali Deo in honorem Visitationis beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Elm Grove*; in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Lomira*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem Ss. Cyrilli, monachi, et Methodii, episcopi, dicata, in oppido v.d. *Sheboygan*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

9 septembris, Prot. N. 485/25, CAMPIFONTIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Conceptionis Immaculatæ beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Easthampton*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

9 septembris, Prot. N. 551/25, SAVANNENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicata, in urbe Savannensi, et in ecclesia parœciali Deo in honorem Sanctissimæ Trinitatis dicata, in urbe v.d. *Augusta*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

12 septembris, Prot. N. 539/25, ANTIPOLENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis Angelorum, una cum effigie Domini Nostri Iesu Christi Infantis, quod in ecclesia parœciali eiusdem tituli pie colitur, in urbe v.d. *Binangonan*, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

12 septembris, Prot. N. 540/25, BACOLODENSIS: perlibenter concedimus ut gratiosa imago beatæ Mariæ Virginis v.d. *sang Barangay*, una cum effigie Domini Nostri Iesu Christi Infantis, quæ in ecclesia cathedrali Deo in honorem sancti Sebastiani dicata pie colitur, in urbe Bacolodensi, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

15 septembris, Prot. N. 468/25, SANCTI ALOISII DE CACERES: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum atque eius translationem in linguam *italicam*, necnon textum *italicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem futuri beati Nazareni Lanciotti, presbyteri et martyris, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

18 septembris, Prot. N. 275/25, ORDINIS PRÆDICATORUM – PROVINCIARUM CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: perlibenter concedimus ut celebratio *memoriæ ad libitum* sancti Petri Georgii Frassati, in omnibus eiusdem Ordinis Provinciis Civitatum Fœderatarum Americæ Septentrionalis, a die 4 mensis iulii ad diem 28 mensis maii transferri valeat.

19 septembris, Prot. N. 317/25, CAROLINANÆ: Sancta Helena Patrona apud Deum parœciæ Sanctæ Crucis in oppido v.d. *Kernersville* confirmatur.

23 septembris, Prot. N. 434/25, ECCLESIENSIS: textum Proprii Missarum eiusdem diœcesis lingua *italica* exaratum perlibenter recognitum declaramus.

23 septembris, Prot. N. 435/25, ECCLESIENSIS: textum Proprii Liturgiæ Horarum eiusdem diœcesis lingua *italica* exaratum perlibenter recognitum declaramus.

23 septembris, Prot. N. 548/25, VENETIARUM IN FLORIDA: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali quæ sub titulo *Ave Maria* vocatur, in oppido v.d. *Naples*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

23 septembris, Prot. N. 549/25, CLEVELANDENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in urbe v.d. *Akron*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Stephani dicata, in urbe Clevelandensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

24 septembris, Prot. N. 505/25, EBUSITANÆ: Sanctus Iacobus, apostolus, Patronus apud Deum insulæ v.d. *Formentera* confirmatur.

26 septembris, Prot. N. 408/25, COREÆ: textum translationis *Psalmorum et Canticorum liturgicorum* in linguam *coreanam* perlibenter confirmamus.

29 septembris, Prot. N. 301/25, INSTITUTI SORORUM V.D. «TERESIAN CARMELITES OF VERAPOLY»: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum atque eius translationem in linguam *anglicam*, *germanicam* et *italicam*, necnon textum *anglicum* atque eius translationem in linguam *germanicam* et *italicam* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem futuræ beatæ Eliswæ a Beata Maria Virgine Vakayil, religiosæ et fundatricis, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

1 octobris, Prot. N. 50/25, GALLIÆ: perlibenter concedimus ut celebratio sanctæ Mariæ a Cruce, in sæculo Ioannæ Jugan, virginis, in Calendarium particulare Galliæ inseri valeat, die 30 mensis augusti gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

2 octobris, Prot. N. 399/22, HISPANIÆ: textum translationis in linguam *vasconicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo initiationis christianæ adultorum* perlibenter confirmamus.

2 octobris, Prot. N. 304/25, HISPANIÆ: textum translationis in linguam *hispanicam*, *callæcam*, *catalaunicam* et *vasconicam* variationum et additionum in Libris liturgicis Ritus Romani de *memoria ad libitum* sanctæ Teresiæ de Calcutta, virginis, perlibenter confirmamus.

2 octobris, Prot. N. 498/25, DUBLINENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Coemgeni dicata apud via v.d. *Harrington*, in urbe Dublinensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

4 octobris, Prot. N. 25/25, EMERITENSIS IN VENETIOLA: ecclesia parœcialis necnon sanctuarium diœcesanum sancti Bonaventuræ, in urbe v.d. *Ejido*, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

6 octobris, Prot. N. 410/25, DROHICZINENSIS: Beatus Eduardus Grzymala, presbyter et martyr, Patronus apud Deum communis v.d. *Sadowne* confirmatur.

7 octobris, Prot. N. 136/22, MATRITENSIS: ecclesia parœcialis necnon sanctuarium diœcesanum Beatæ Mariæ Virginis Auxiliatricis, in urbe Matritensi, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

7 octobris, Prot. N. 314/25, RZESZOWIENSIS: Sanctus Ioannes Paulus II, papa, Patronus apud Deum provinciæ v.d. *Powiat Strzyżowski* confirmatur.

7 octobris, Prot. N. 607/25, BRASILIAPOLITANÆ: perlibenter concedimus ut gratiosum simulacrum beatæ Mariæ Virginis de Mercede, una cum effigie Domini Nostri Iesu Christi Infantis, quod in ecclesia parœciali Deo dicata in honorem Sacratissimi Cordis Iesu et Beatæ Mariæ Virginis de Mercede pie colitur, in urbe Brasiliapolitana, nomine et auctoritate Summi Pontificis pretioso diademate redimiri possit.

14 octobris, Prot. N. 625/25, YAUYOSENSIS: concedimus ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

15 octobris, Prot. N. 32/24, CONGREGATIONIS SORORUM CARMELITANARUM A IESU INFANTE: Calendarium particulare eiusdem Congregationis perlibenter recognitum declaramus.

18 octobris, Prot. N. 58/24, CIVITATUM FÆDERATARUM AMERICÆ SEPTENTRIONALIS: textum translationis in linguam *anglicam* Liturgiæ Horarum, editionis typicæ alterius, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

19 octobris, Prot. N. 524/24, PAPUÆ NOVÆ GUINEÆ ET INSULARUM SALOMONICARUM: textum translationis in linguam *tok pisin* Missalis Romani, editionis typicæ tertiæ, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

1 novembris, Prot. N. 598/23, CONFERENTIÆ EPISCOPORUM LATINORUM IN REGIONIBUS ARABICIS: textum translationis in linguam *arabicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Celebrandi Matrimonium*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

1 novembris, Prot. N. 655/24, SAVONENSIS-NAULENSIS: Calendarium particulare eiusdem diœcesis perlibenter recognitum declaramus.

1 novembris, Prot. N. 478/25, FLORENTINÆ: textum Proprii Missarum eiusdem Archidiœcesis lingua *latina* exaratum perlibenter recognitum declaramus.

1 novembris, Prot. N. 565/25, ORDINIS MINIMORUM: Calendarium particulare eiusdem Ordinis perlibenter recognitum declaramus.

4 novembris, Prot. N. 347/25, CONGREGATIONIS SORORUM V.D. «SIERVAS DE JESÚS – S.D.J»: textum Missæ in honorem sanctæ Mariæ a Monte Carmelo Rendiles Martínez, virginis et et fundatricis, lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *hispanicam*, necnon textum *hispanicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus. Item concedimus ut, in Calendario particulari eiusdem Congregationis, *festum* prædictæ sanctæ, die 9 mensis maii, posthac ad gradum *sollemnitatis* augeatur.

4 novembris, Prot. N. 358/25, ORDINIS CISTERCIENSIIUM STRICTIORIS OBSERVANTIÆ: textum translationis in linguam *hispanicam* orationis collectæ in honorem beati Cypriani Michaelis Iwene Tansi, presbyteri, perlibenter confirmamus.

4 novembris, Prot. N. 359/25, ORDINIS CISTERCIENSIIUM STRICTIORIS OBSERVANTIÆ: perlibenter concedimus ut celebratio beatorum Christiani de Chergé, presbyteri, et sociorum, martyrum, in Calendarium particulare eiusdem Ordinis inseri valeat, die 8 mensis maii gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda. Insuper, textum translationis in linguam *hispanicam* orationis collectæ in honorem eorundem Beatorum, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

4 novembris, Prot. N. 674/25, TORREONENSIS: concedimus ut Ordinarius loci celebrationem trium Missarum diebus ferialibus necnon quattuor diebus dominicis ac festis de præcepto permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

9 novembris, Prot. N. 659/25, MANILENSIS: ecclesia parœcialis necnon sanctuarium archidiœcesanum Domini Nostri Iesu Christi Infantis v.d. *Santo Niño de Tondo*, in urbe Manilensi, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

9 novembris, Prot. N. 680/25, ZAGREBIENSIS: sanctuarium nationale in oppido v.d. *Karlovac*, Deo in honorem sancti Ioseph dicatum, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

9 novembris, Prot. N. 760/25: *memoria ad libitum* sancti Ioannis Henrici Newman, presbyteri et Ecclesiæ doctoris, in Calendario Romano Generali inscribitur.

10 novembris, Prot. N. 350/25, MEXICI: perlibenter concedimus ut celebratio sanctorum Christophori, Antonii et Ioannis, martyrum, in Calendarium particulare eiusdem nationis inseri valeat, die 23 mensis septembris gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda. Concedimus insuper ut *memoria* sancti Pii de Pietrelcina, presbyteri, eodem die, in præfato Calendario particulari posthac gradu *memoriæ ad libitum* celebretur. Præterea, textum orationis collectæ lingua *hispanica* exaratum in honorem eorundem Sanctorum, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

10 novembris, Prot. N. 560/25, ORDINIS FRATRUM S. AUGUSTINI: perlibenter concedimus ut, in Calendario particulari eiusdem Ordinis, *memoria ad libitum* beatorum Avellini Rodríguez Alonso, presbyteri, et sociorum, martyrum, die 6 novembris, posthac in domibus Hispaniæ ad gradum *memoriæ* augeatur.

11 novembris, Prot. N. 685/25, KATOVICENSIS: ecclesia parœcialis in urbe v.d. *Tychy*, Deo in honorem sanctæ Mariæ Magdalænæ dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

13 novembris, Prot. N. 53/25, ORDINIS AUGUSTINIANORUM RECOLLECTORUM: textum translationis in linguam *lusitanam ad usum Brasiliæ* Ritualis Fraternitatis Sæcularis Augustinianorum Recollectorum, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

13 novembris, Prot. N. 54/25, ORDINIS AUGUSTINIANORUM RECOLLECTORUM: textum translationis in linguam *anglicam* Ritualis Fraternitatis Sæcularis Augustinianorum Recollectorum, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

17 novembris, Prot. N. 506/24, IAPONIÆ: perlibenter concedimus ut *memoria* beatorum ducentorum quinque martyrum Iaponiensium, die 10 mensis septembris, in Calendario particulari Iaponiæ posthac *memoria* beati Sebastiani Kimura, presbyteri, et sociorum, martyrum, nominetur.

17 novembris, Prot. N. 693/25, POSNANIENSIS: textum *polonicum* lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem beati Stanislai Streich, presbyteri et martyris, perlibenter confirmamus.

18 novembris, Prot. N. 494/25, ELBINGENSIS: perlibenter concedimus ut in Calendarium particulare eiusdem diœcesis celebratio beatarum Mariæ Rolandæ Abraham, Mariæ Adelgardæ Boenigk, Mariæ Anicetæ Skibowska et sociarum, virginum et martyrum, inseri valeat die 30 mensis maii, gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

21 novembris, Prot. N. 345/25, CONGREGATIONIS PARVARUM SORORUM PAUPERUM: textum translationis in linguam *anglicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Professionis Religiosæ* perlibenter confirmamus.

21 novembris, Prot. N. 708/25, ARGENTINÆ: textum translationis in linguam *hispanicam* variationum et additionum in Libris Liturgicis Ritus Romani de *Missa pro custodia creationis* perlibenter confirmamus.

25 novembris, Prot. N. 41/24, ARGENTINÆ: textum translationis in linguam *hispanicam* partis Pontificalis Romani cui titulus est *De Institutione Catechistarum*, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

25 novembris, Prot. N. 651/25, GLASGUENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Vincentii de Paul dicata, in oppido v.d. *Thornliebank*, peribenter *ad biennium* concedimus. Hæc dispensatio abrogat et substituit licentiam pro ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Birgittæ dicata, in loco v.d. *Toryglen*, concessam Decreto diei 10 mensis martii 2025 (Prot. N. 163/25).

25 novembris, Prot. N. 682/25, KIOVIENSIS - ZYTOMERIENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Nicolai dicata, in urbe Kioviensi, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

25 novembris, Prot. N. 683/25, HAFNIÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu dicata, in urbe Hafnia, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Norberti, episcopi, dicata, in oppido v.d. *Vejle*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

25 novembris, Prot. N. 684/25, TRENTONENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Ioannis Baptistæ dicata, in oppido v.d. *Allentown*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Catharinæ Labouré dicata, in oppido v.d. *Middletown*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Dominici dicata, in oppido v.d. *Brick*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctorum Innocentium dicata, in oppido v.d. *Neptune*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

27 novembris, Prot. N. 615/25, ORDINIS FRATRUM SANCTI PAULI PRIMI EREMITÆ: textum translationis in linguam *germanicam* Missæ votivæ cum lectionibus de Sancto Michaeli Archangelo pro Provincia Germanica eiusdem Ordinis perlibenter confirmamus.

1 decembris, Prot. N. 507/25, SIOUXORMENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis sub titulo *Auxilium Christianorum* dicata, in oppido v.d. *Salem*, perlibenter *ad biennium* concedimus.

3 decembris, Prot. N. 617/25, OGDENSBURGENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Potsdam*, et in ecclesia parœciali Deo in honorem beatæ Mariæ Virginis dicata, in oppido v.d. *Evans Mills*, perlibenter concedimus *in aliud biennium*.

4 decembris, Prot. N. 738/25, KATOVICENSIS: Sanctus Clemens papa Primus, martyr, Patronus apud Deum oppidi v.d. *Łędziny* confirmatur.

5 decembris, Prot. N. 244/24, TORONTINÆ: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Laurentii, diaconi et martyris, dicata, in districtu v.d. *Scarborough*; in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Patricii, episcopi, dicata, in oppido v.d. *Schomberg*; in ecclesia parœciali Deo in honorem Sanctæ Familiæ Iesu, Mariæ et Ioseph dicata, in civitate Torontina, et in ecclesia parœciali Deo in honorem sancti Vincentii de Paul, presbyteri, dicata, in civitate Torontina, perlibenter *ad biennium* concedimus.

5 decembris, Prot. N. 351/25, MEXICI: perlibenter concedimus ut celebratio sancti Iosephi Sánchez del Río, martyris, in Calendarium particulare eiusdem nationis inseri valeat, die 10 mensis februarii gradu *memoriae ad libitum* quotannis peragenda. Concedimus insuper ut *memoria* sanctæ Scholasticæ, virginis, eodem die, in præfato Calendario particulari posthac gradu *memoriae ad libitum* celebretur. Insuper, textum *hispanicum* orationis collectæ et lectionis alterius pro Officio lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem Sancti, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

5 decembris, Prot. N. 479/25, MEXICI: textum translationis in linguam *hispanicam* variationum et additionum in Libris Liturgicis Ritus Romani de *Missa pro custodia creationis*, perlibenter confirmamus.

8 decembris, Prot. N. 346/25, CONGREGATIONIS PARVARUM SORORUM PAUPERUM: textum translationis in linguam *hispanicam* partis Ritualis Romani cui titulus est *Ordo Professionis Religiosæ* perlibenter confirmamus.

8 decembris, Prot. N. 661/25, GUARAPUAVENSIS: Beata Maria Virgo in Præsentatione Domini sub titulo v.d. *de Belém* Patrona apud Deum diœcesis et urbis Guarapuavensis confirmatur.

10 decembris, Prot. N. 180/25, BRUNENSIS: textum orationis collectæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *bohemicam*, in honorem futurorum beatorum Ioannis Bula et Venceslai Drbola, presbyterorum et martyrum, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

10 decembris, Prot. N. 336/25, SOSNOVIENSIS: concedimus ut Ordinarius loci celebrationem quattuor Missarum diebus dominicis ac festis de præcepto permittere valeat presbyteris in sua diœcesi commorantibus.

10 decembris, Prot. N. 470/25, ARMENIENSIS: ecclesia parœcialis in oppido v.d. *Quimbaya*, Deo in honorem Sanctæ Familiæ Iesu, Mariæ et Ioseph dicata, titulo ac dignitate Basilicæ Minoris perlibenter exornatur.

10 decembris, Prot. N. 512/25, MELPHIENSIS-RAPOLLENSIS-VENUSINÆ: Calendarium particulare eiusdem diœcesis perlibenter recognitum declaramus.

12 decembris, Prot. N. 759/25, HALIFAXIENSIS – YARMUTHENSIS: licentiam celebrandi secundum Missale Romanum a sancto Ioanne XXIII anno 1962 promulgatum, in ecclesia parœciali Deo in honorem sanctæ Agnetis, virginis et martyris, dicata, in urbe Halifaxiensi, perlibenter concedimus.

16 decembris, Prot. N. 420/24, SLOVACHIÆ: textum translationis in linguam *slovacham* et *hungaricam* Ordinis lingua *anglica* exarati cui titulus est *Benedictio infantis in utero matris* perlibenter confirmamus.

16 decembris, Prot. N. 682/24, EQUATORIÆ: perlibenter concedimus ut celebratio sollemnitatis Epiphaniæ Domini, inscriptæ in Calendario Romano Generali die 6 mensis ianuarii, in Calendario particulari Equatoriæ ad dominicam post Octavam Nativitatis Domini occurrentem, id est a die 2 ad diem 8 mensis ianuarii, transferri valeat.